


Zf
2335



Q.K. 326.16.

v. Veltheim




ΣΟΦΗΝΟΣ
MVSARVM ET VIRTU-
TVM DE MORTE
VERE PII ET NO-
BILIS VIRI:

D. ACHATII à VELTHEM,
qui obijt 12. die Novembris, ANNO

M. D. LXXXVIII.

Ad nobiles & Magnificos viros, D. MATHIE
AM à VELTHEM, D. LUDOLPHVM ab ALVEN-
SCHLEBEN, & GVNTHERVUM à BARTEN-
SCHLEBEN. Scriptus a.

MELCHIORE NEOFANIO
Pastore Ecclesiae Brunsvic:
ad S. Petrum.



Brunsvigæ excudebat Daniel Pyringius,
Pictor, & Figurarum Sculptor, &c:

ANNO M. D. LXXXIX.



793

comit MS 18

ORIEN

1720

B. 1. 1.

5

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

DR. MIT POL. ZEICHEN
KANTINEN



Si quibus est curæ pietas, sincera fidesq;
Et verus veræ religionis amor
Mors pperata vocat citius, cui deniq; cura
Virtutis, fidei & religionis erit?
Si, nisi præsentem, qui nunc est, respicis orbem,
Frustrè virtutis cura erit & fidei.
Est alia & melior post hanc, æternaq; vita,
Ad quam quo citius quis venit, hoc melius.
Hinc quisquis moritur medijs maturius annis
Non adeò infaustæ conditionis erit.
Tolluntur citius matura morte fideles,
Ne videant orbi magna parata mala.
Tolluntur, dulci quo tandem pace fruantur,
Expectentq; imum membra sepulta diem.
Nil patitur dñi, qnem fata, jubente, reposcūt,
Numine, sit quamvis raptus hic ante diem.
Tristiciam tunc mæsti patiuntur amici
Qui defunctorum fata molesta dolent.

Quem modo VEL THEMIVM Deus hinc
excivit ACHATEM,
Exemplum veræ qui pietatis erat,
Is nihil amisit, nos illum amisimus, unum
E multis vera nobilitate Virum.
Tu, desiderio Fratris, præclare MATHIA.
Haud fratre inferior, nunc gemis atq; doles,
A 2. Nec tibi

Nec tibi iusta deest tam magni causa doloris,
Nec tamen immensi causa doloris adest:
Privatus Fratres, quo non præstantior alter,
Qui flos atq; decus nobilitatis erat:
Quem studium veræ commendat religionis,
Inq; Deum pietas, in Patriamq; favor.
Tota hunc nobilitas summo decoravit honore,
Principibus multò & nomine charus erat.
Ille idem superum moriens concessit in aulam,
Atq; Deum vera nunc pietate colit.
Et veros, Cœlo assumtus nunc carpit honores,
Perfectè à summo diligiturq; Deo.
Tuq; ALVENSCHLEVI, non ultima
gloria gentis
Saxonicæ, Soceri tristia facia doles,
Conjuge cumq; pia, gnatisq; nepotibus, auges
Tristitiam, & queralus promis ab ore sonos.
Ante diem ereptum nec non generose Dynastes,
GVNTERE, eximijs annumerāde viris,
Cum Sponsa sacerum Luges, tristesq; querelas
Fundis, & in lacrymas pronuses usq; pias.
Et prisca repples iteratis fletibus arcem
Quām credo à sœvis nomen habere lupis.
Spes tibi nuper erat, properantibus ire diebus
Tempus, ut in thalamum duceret ille tuum
Gnatā,

Gnatam, præstanti forma ingenioq; Puellam,
Inter virgineos quæ celebranda choros.

Excidit hæc animo tibi spes nūc, traditur urnæ
Corpus ut exanimum, frigida & ossa rogo.
Vt tibi cum reliquis causa est non parva doloris,
Maior lætiæ sic tibi causa subest.

Fœnore cum magno (quos hic amisit) honores
Nunc recipit, summo restituente Deo.

Pone igitur lachrymas, & magnum siste dolo.
Sit finis gemitus, tristitiaeq; modus. (rem,

En Chorus Aônidum bifido de monte Sororum
Convenit, ad tumulum ducta parente suo.
Tristè parans animo carmen, quo busta coronet,
Et tumulo flores det cinerj lacrymas.

Integritas, prisca cum nobilitate Sepulcrum
Cingunt, & pietas, relligio, atq; fides.
Quæq; suos edunt iugubri carmine fletus,
Et dant mæstiticiæ tristia signa suæ.

Atq; novenarum primò Rex ipse Sororum
Hos consternato fudit ab ore sonos:
Heu cecidit nostri sublimis gloria cætus,
Qui sacri assiduus fontis alumnus erat.
Huic studia atq; artes curæ Musæq; fuerunt,
Quæq; fuit studijs turba dicata sacris.

A. Ipse Chelio

Ipse Chelin sumens, doctis cecinisse Camenis
Assuetus, studijs invigilasse bonis
Nobilium multi nocturni munera Bacchi
Dum se etabancur, pocula & ampla merj.
Sæpius hic studijs in multa nocte vacabat,
Atq. vir eximiæ sedulitatis erat.
Hunc, velut extulimus vivum, sic carmine ha-
Illius ad Tumulum nuc repetam⁹, ait. (nores.
Saxonicis Musæ dum versabuntur in oris,
Defunctus vigeat laudibus usq; novis.

Crentem,
CALLIOPE, sanctum post voce secuta pas-
Quam prisci autorem carminis esse putant,
Guttore dulcisono formabat amabile carmen,
Complexa eximij facta notanda Virg.
Laudibus ornavere senes, septemq; Sorores,
In Cœlum, ob meritum magnus Apollo tulit.
Tristibus ereptum lacrymis Ecclesia luget,
Brunsviaciq; dolet Patria clara soli.
Magnus hic eximia jacet hac tumulat⁹ in urna,
In morte æternæ & præmia laudis habet.
Historiæ mater,

*Historiæ mater, CLIO, veneranda puella,
Hujus, ait, Fastos me celebrare decet:
Nobile Brunonis genus est Velthemiū in orbe,
Quod magno ornarunt semper honore Duceſ,
Illorum æternum produnt annalia nomen,
Multaq; Majorum bella cruenta canunt.
Ausi quod fuerint proceresq; laceſſere, & urbes
Eximias armis ſollicitare ſuis.*

*Prodiſt hinc dudum celebris prognatus Achates
Totius eximius nobilitatis honor.*

*Ille, puer, primis operam navavit in annis,
Artibus, & ſtudijs deditus uſq; fuit.*

*Relligionis amans, veræ pietatis alumnus,
Sectator Iuvenis, iuſticiæq; fuit.*

*Post mores hominum multorum vidit & urbes,
Amplaq; cum latio Gallica rura ſolo.*

*Grata salutavit reducem quem patria quōdam,
Committens fidei ſeq; ſuoſq; viri.*

*Conventus ſtatuum quoties fuit, atq; potentum,
Totius Orator nobilitatis erat.*

*Pro Patriæ audaci faciebat verba ſalutē,
Utilis & Ducibus Civibus atq; fuit.*

*Patria nunc luget properata morte peremtum,
Optat & illius ut molliter oſſa cubent.*

Mollis

Molliter ossa cubent defuncti, arguta TH Alia
Inquit, at illius fama superstes erit.
Vita quidem viridi cessit properata sub ævo,
Perpetuo illius at nomen in orbe manet.
Fama vires nunq̄ celebres defraudet honore,
Dignum laude virum Musa vetatq̄ mori.
Ipse met à pulcro ceu nomen habere vigore
Dicor, ita æterno hic nomine carus erit.

Cui demonstravi divina Mathemata, quiq̄
Scrutatus mente est sidera cuncta poli
EVTERPE, inventrix cælestis dogmatis, ino
Hunc ecquid sineret Musa canora mori? (qt:
Quos ipsa inveni calamos, dulcesq; camænas
Hæ pronæ in laudem semper Achatis erunt.
Dulce melos, vocis mira dulcedine promo
Quod, sueta Aonio fingere verba sono,
Illiū exolvet vivaci carmine laudes,
In tanti remanens officiosa virg

AR, ERA To, molles quæ ducere docta Chorea
Iucundum & pulcri nomen amoris habet.
Quotādem officio defunctum prosequar, inquit,
Ipsa, locum choreæ nam neq; saltus habet?
Quim

Quin desolatos lugubri carmine amores,
Saltibus explosis, triste cubile canam:
Quem nunc exiguae spoliatum condimus urnæ
Vita, & limifera contumulamus humo,
Is vitæ nuper pars maxima coniugis, & spes
Prosis erat, Domui & sola columnæ sūæ.
Hunc tenera at proles, Coniūxq; puerpera tri-
Atq; domus luget orba parente suo. (Stis
Ereptosq; dolet fratris germanus amores,
Ruptaq; amicitiæ vincula firma piæ.

Siste tamen lacrymas Cōiunx, pueriq; puellæq;
Agnati, & frater, rapte dolore nimis.
Mors vestras nunq; poterit dissolvere amores,
Vita illas vobis cælica resticuet.

MELPOMENE, tragico luctu comitata foz
Hos etiam querulo fudit ab ore fōos: (rōres.
Eheu quam tragico est hæc vita simillima ludo,
Cuius prima quidem pagina læta refert,
Grandia multa canit medium, cristiſſima finis
Exequitur: sic est vita caduca viri:
Prima iupentutis plerumq; est nescia damni
Vita, ærumnarum cassa, maloq; carens.
Cum medium ætatis properat, cum vita virilis
Ingruit, hæc præ se grandia quæq; ferunt.

B Ad

*Ad magnos tandem sed cum tolluntur honores.
Sæpius hos finit mors properata nimis.
Nil hic nobilitas, nil experientia rerum,
Nil ars, nil studium, nil valet ullus honor.*

TERPSICHORE, affectus Cytharaq_g Chœ
lyq_g movendo,
*Ad tumulum fidibus psallere docta canit:
Discite mortales, quanta inconstantia vitæ
Præsentis, quam sint cuncta referta malis:
Quicunq_z est hodie magno prælatus honore
Et fortuna virum quem comitata fuit,
Paulò post casus misere subvertit eundem,
Sic stabile & constans durat in orbe nihil.*

Pectore cum memori reputo, **POLYHYM-**
NIA dicit:

*Quæ fuerint animi nobilis hujus opes,
Quantæ virtutes, quæ facta virilia, laudum
Plena, Virum dignum laude & honore puto.
Nobilium hic decus est, ornamentumq_z bonorum
Cui, Musæ, Charites, magn⁹ Apollo, farent.
Dign⁹ hic est multis vates quem laudib⁹ ornent,
Vnanimes versu & splendidiore canant.*

VRANIE.

VRANIE, cæli cognoscens provida sedem,
Cælesti hic, inquit, dignus honore venit.
Corpus humo tegitur, suprema vivit in aula
Spiritus, æternis perfruitur q̄ bonis.

Fælix qui vixit bene, vitam & clausit honestè,
Huic posita in Cælo præmia digna manent.

Has postquam mæstæ exequias, fecere sorores,
Cum Ehbæbo Musæ conticuere novem.

Extremi INTEGRITAS remeans de finibus orbis

Imbuit his etiam busta reclusa sonis:
Deserta exilium patior miserabile, & orbe
Puisa, loco excludor quolibet, acta foras.
Deinceps hospitium toto mihi in orbe negatur,
Insidie & fraudes dum loca iuncta tenent.
Rara domus quavis me delectatur in urbe,
Sum neglecta domi, sumq; relicta foris.
Vnus nobilium propria me forit in aula,
Nil metuens proceres, nil metuensq; Duce.
Is nunc hac tenera defunctus conditur urna,
Cum quo præsent; contumulabor humo.

Pone sequebatur iento vestigia gressu,
NOBILITAS, priscis non inimica viris
B 2. Illa, regens

Illa, tegens vultum mitra, palloq; recincta,
Opplevit Lacrymis ora modesta pijs:
Quanta fuit quondam priscae reverentia gentis
In me, quam pietas ardua, quantus amor?
Tum Ducibus virtutis erat studium, atq; Dyo-
nastis,

Nunc, hac neglecta præmia Bacchus habet.
Non tamen est eadem scelerata licentia cunctis,
Sunt sed adhuc virtus queis generosa placet:
Nobilis, exuvias cuius nunc credimus urnæ,
Hic veræ specimen nobilitatis erat:
Integritatem animj, & virtutem in fronte ge-
rebat,

Impositumq; illi pignus honoris erat,
At tales, eheu, medijs moriuntur in annis,
Vivunt, delitiæ quos juvat, atq; venus.
Nec tamen est virtus tua mortua, dulcis Ae-
CHATE,
Quin tua post mortem fama superstes erit.

Vix ea Nobilitas tristj de promserat ore,
Cum PIETAS etiam talibus usa fuit:
Memiseram, toto contemta relinquer in orbe,
Et nihilq; memet turba profana facit.
Qui me cūq; colūt, & numina summa reverentur,
Fabula sunt mundi quotidiana malj.

*Si, nisi apud proceres, Majorū et origine claros
Nil pietatis erit, nil pietatis erit.
Nec cuncti, quibus est divina munus in æde
Vsq; adeo studium nunc pietatis habent.
Vulgus, & Agricolæ, pueri, juvenesq;, senesq;,
Et, sine sincera sunt pietate, nurus.
Nequitia, impietas, toto nunc regnat in orbe,
Contemptus summi numinis, atq; Dei.
Nota frequensq; via est cōtemnere numinis irā,
Nota frequensq; licet sit via, crimen habet.
Sunt tamen, & studium quibus est pietatis, ut
Despiciat mūdus, turba profana levis, (illos
Sunt proceres, pietate pares Majoribus, & sunt
E vulgo, quibus est sedula cura Dei.
Conditur hoc tumulo veræ pietatis alumnus,
Nobilis, in vita qui fuit usq; pius.
Quotidie ille sibi certas præfixerat horas
Vsus ej assiduus queis pietatis erat.
Venisset conjunx, venissent intimi amici,
His tamen accessus non datus ante fuit
Quam sacrīs fixum precibus finisset ACHates
Tempus, & impletum rite fuisset opus.
Tum, quoties precibus vera pietate vacabat,
Ingenti zelo perficiebat opus.
Quos animo gemitus devoto & corde fovebat*

B 3. Hos coram

Hos coram Domino perdidit ore pio.
Lingua recensebat cum corde & mente querelas,
Intima cum voluit fundere vota Deo.
Nec tam mundanos precibus quærebat honores,
Terrestres vel opes, aut petitura bona,
Quam puri Verbi sinceræ & religionis
Thesaurum, & cultus cum pietate sacros.
Utq; dolosa trucis caveantur dogmata Papæ,
Et calvinistis sit via clausa vafris.
O decus eximum laudatæ nobilitatis,
Quod pia posteritas, hic, imitetur, habet,
Disce timere Deum, veræ pietatis & usum,
Qui famam externæ nobilitatis habes:
Si tu das operam pietati, imitabitur, in te
Turbagrade exemplum quod pietatis habet.
RELLIGIO, caram exemplō comitata soro.
Nec potuit querulis abstinuisse bonis. (rem,
Pauci adeò imbuti cum religionis amore
Sint homines, qui sunt, mors quid amara ra.
Tu, pie VEL tem, Christoq; fidelis Achate. (pit?
Præ reliquis cultor religionis eras.
Nunc, eheu, parva tumulatus conderis urna,
Quis post te vindex religionis erit?
Non te nobilitas generis, non splendida vita,
A vera abduxit religione Dej. Tu,

Tu, cum sancta est CONCORDIA religio.
Nuper in illustri cædida nata loco, (onis,
Nomen adesse tuum voluisti, & pignus amoris
Zelus sinceræ religionis erat.
Te, contra insignes præclara volumina, solum
Promulgere viros scriptaque non piguit.
Si tibi vita comes hac ipsa ætate fuisset,
Coniunctum id magna cum utilitate foret.
Et tamen, excito nunc te, inviolata manebit
Religio, quamvis sæviat ipse Sathan,
Atque fremat mundus, stygius rumpatur & orcas,
Et quicquid monstri Tartarus imus alit.
Cana palæstinas inter postrema Sorores
Ad tumulu cecinit verba suprema, FIDES:
Qui patriæ Christoque fidem servavit honestam
Hospitium hac urna corpus Achatis habet.
Mens quæ fisa Deo est, & spem conjecit in ipsu
In vita constans & quoque morte fuit,
Nunc finem fidei tetigit, cæloque recepta
Æternis fruitur, non violanda bonis.
Corpus humo teclum parva jam clauditur urna,
Ad summum exangue hic dormiet usque diem.
Tum vero è somno, Christo revocante, resurget,
Lungenturque animæ membra reducta suæ,
Gaudia percipiet cœlestis & intima vitæ,
Totus ab insidys tutus eritque malis. Dis

Z/R 335

Discite mortales veram sperare salutem,
Sic fidej vobis hic quoq; finis erit.


Hos ubi sacræ etiam lugubr; carmine, Nymphæ
Ediderant, bustis præmia digna, sonos,
Ad juga sacra suas deduxit Apollo Sorores,
Ad cœljs, Nymphas, regna, suasq;, Fides.

¶ Nos qui defuncti tristes nunc clausimus urnas
Vota relinquamus manibus ista pijs:
Nobilis in Domino iumba requiescat Achates
Hac, donec veniet postmodo summa dies.
Tum meni unitum corpus de morte resurget,
At tua in æternum est nescia fama mori;
Depascat vulgi mors nomina, vivet in ævum
Qui Musis, patriæ, servijt atq; Deo.

FINIS.

Inevitabile

Fatum.



ULB Halle

004 976 347

3



Farbkarte #13

B.I.G.	Black
8	
7	
6	
5	
4	
3	
2	
1	
Centimetres	
1	
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	
Inches	
1	
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	

B.I.G.	Black
8	
7	
6	
5	
4	
3	
2	
1	
Centimetres	
1	
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	

B.I.G.	Black
8	
7	
6	
5	
4	
3	
2	
1	
Centimetres	
1	
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	